



Mosheim / Joh: Laur: / Diss. de Ecclesia
Christi, Helmst: 1740

v. Fassij / Christoph: Matth: / Diss.
de Coelo Beatorum, Tubinge
1722

Reudenij / Ambr: / Theses de
Symbolo Apostolico, Jene
1589

Diss. de Deo ac tribus
personis, Jene 1589.

16
DISSERTATIO THEOLOGICO-EXEGETICA

DE

תהו

SIVE

VNO DEO ASSYRIORVM
AB ESAIA REIECTO

AD
ES. LXVI. 17.

QVAM
SVB MODERAMINE
VIRI MAGNIFICI SVMME REVERENDI
JON. CONR. SCHRAMMII

S.S. THEOL. D. ET P.P.O.
ACADEMIAE JVLIAE NVNC VICE-RECTORIS
ET ORDINIS THEOLOGICI P.T. DECANI
PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI OMNI PIETATIS
CVLTV DEVENERANDI

AD D. XVII. APRILIS MDCCXXXIV.

H. L. Q. S.
PVBLICAE DISQVISIONI SVBMITTET
RESPONSVRVS AVCTOR

NIC. GERH. MEJER

BREMANVS S. S. THEOL. STVD.

HELMSTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

THESE ARE THE

OF

THE

THE

WHO WHO ASSUMED
AND ESIA REI TO

BY

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE





§. I.

Diligentiae mihi potius quam eruditionis quaecun-
que specimen edituro, nullum oraculum sacri
codicis, circa quod vires periclitandæ erant, tam
placuit, quam prius Hemistichium Esa. C. LXVI,
17. ubi facer vates hoc usus est sermone :

המתקדשים והמטחריים אל הגנת אחר אחר בתוך
אכלי בור החזיר והשקץ והעכבר :

Angusti paginarum cancelli variarum versionum allegatione
ne adimpleantur, binas solum Alexandrinorum nimirum in-
terpretum et B. Lutheri metaphrasas, aliorum tamen expla-
nationibus neutiquam omissis, hic apponam.

Versio Graeca.

Οἱ ἀγνισομένοι καὶ καθαρῖσομενοι εἰς τὰς
κῆπας, καὶ ἐν τοῖς προθύροις ἔδοντες κρέας ὑείων,
καὶ τὰ βδελύγματα καὶ τὸν μῦν.

B. Lutheri Interpretatio.

Die sich heiligen und reinigen in den Gärten et-
ner nach den andern/essen Schweinefleisch/ Grenel und
Mäuse.

Quanto difficilius vocabulum huius loci **מא** fuit expli-
catu, tanto plures DD. de hoc dicto sunt concertationes, ita
ut singulas debite enumeraturus atque confutaturus erudi-

to lectori nauseam crearem, praesertim cum VITRINGA et MILLIUS gratum mihi iamiam fecerint in scribendo otium, pererudite de varia huius loci explicatione differentes. Sufficiat itaque mihi, volanti quasi crena multifaria commentatorum decreta attigisse et ipsa huius commatis ulteriori expositione dissentientes confutasse.

§. II.

Interpretes, qui de nullo idolo hic cogitant, vocabulum אחר vel secundum Masoretharum lectionem אחת aut in propria ac nativa significatione assumunt, hoc illudve subintelligentes, aut paraphrasin chaldaeam & versionem Alexandrinam sequuntur. Per unum exponunt PFEIFFERVS a) de uno idololatorum chorago hic sermonem esse pronuntians, & COCCIVS b) verum mediatorem aut aut falsum vicarium subintelligens. Singularis est GUSSETII commentatio, c) qui אחר בתוך de rege vini in medio sedente d) ad cuius exemplum ac imperium ceteri bibere debent, explicat. Commentatores Iudaeorum pro Masora, tanquam pro aris & focus dimicantes, lectionem אחת avide arripiunt, & verbum hoc vel de piscina, ut KIMCHIVS e) vel de horto cum ABARBANELE f) vel de luco, quod facit ABEN ESRA g) interpretantur. Tantum tamen abest, ut soli in has abierint sententias, ut quos-

a) In dubiis vexat. Lips. 1685. p. 738.

b) In Lexico sub אחר & אחר

c) Vid. comment. L. E. sub voce כסס.

d) Vocabatur a graecis συμποσιάρχος, βυσιλεύς, σπαργήος. Latinis Modimperator audiebat. Confer de eodem Ecclesiasticum c. XXXII. v. 1. 2. 3

e) Ad h. l. ille : אחר הכריכה

הגרולה המיוהרת שחונה בתוך הגן Ad piscinam magnam singularem, quae in medio horti

f) Nempe ad h. l. אחרי גנרה אחת בתוכה post horum unum, in medio eiu

g) Hic ad l. c. אחר אחת אשרה אחת post unam, id est, sylvam unam.

h) In scholiis ad hunc locum.



quosdam habeant ex Christianis asseclas. ISIDORVS h) & VATABLVS i) per פִּיִּשְׁתָּא piscinam designari autumant, & si LOMEIERO k) fides adhibenda, plurimi interpretum cisternam intelligunt. Quod, licet non luci tamen arboris vox hic subaudienda sit, auctor est BOCHARTVS. l) CALVINVS & piscinam & arborem assensu suo comprobat. m) Meliorem se invenisse huius loci interpretationem putant, qui Keri & Ketibh admittunt, in eoque sunt toti, ut voces commune genus recipientes inveniant. Sic STARCKIVS n) HILLERVM secutus o) vocabulum פִּיִּשְׁתָּא supponit. MICHAELIS p) vocem אֲחֵרַא praeter significare asserens, per אֲחֵרַא verum Deum & per אֲחֵרַא meretricem babylonicam indicari putat, ut sensus sit: praeter unum verum Deum sequuntur unam meretricem babylonicam. Chaldaicam paraphrasin, quae אֲחֵרַא אֲחֵרַא per אֲחֵרַא אֲחֵרַא reddit, magno agmine sequuntur eruditi, verba illa alter post alterum interpretantes. SYMMACHVS & THEODOTIO q) ita traducunt. Idem faciunt IVNIUS, TREMELLIUS, CASTELLIO, r) NOLDIVS, s) Quid? quod ipse Megalander noster LUTHERVS; a quo PISCATOR t) parum abest, cum quod ille einer nach den andern / hic einer hie der andre da elocutus sit. Huic expositioni ansam dedisse lectionem Chaldaei Metaphrastis אֲחֵרַא אֲחֵרַא, opinatur GROTIUS. u) Cur autem LXX, ut vulgo dicuntur, interpretes & qui cum MARIA MONTANO x) & HIERONYMO y) eos

A 3

secuti

-
- | | |
|--|--|
| i) Vid. Bibl. critic. Tom. IV. p. 545i. | q) De utroque hoc ex Hieronymo affert MÜNSTERVS, in Bibl. crit. T. IV. p. 5458 |
| k) De veterum gentil. lustrat. c. IV. p. 25. | r) In versionibus latinis. |
| l) In Hierozoico p. 700. | s) Concord. particul. p. II. |
| m) Tom. IV. Opp. p. 473. | t) In versione vernacula bibliorum. |
| n) Notis select. ad Prophet. Esaiam p. 102. | u) In commentario ad hunc locum. |
| o) Vid. Arcan. Keri & Ketibh. p. 78 | x) Ad h. l. |
| p) Annotat. bibliis forma maiori excusis, additis ad h. l. | y) Ad h. l. |

secuti sunt, voces ארר ארר expresserint ἐν τοῖς προθύοις aut post ianuam, plane non perspicio, nisi morem respexerint gentilium, qui antequam templa adirent, ex vasis iisdem praefixis aut ἐν τοῖς προθύοις constitutis & aqua lustrali repletis se lavabant.

§. III.

Propius ad nos accessisse videntur, qui cum **MVN-STERO** a) alienum quendam aut fictitium Deum hic subintelligendum esse existimant. Quid enim impedit, quominus falsum aliquod numen hic latere coniecturemur? Perspicacissimi sane recentiorum interpretes ארר ארר cum **CARPZOVIO** b) post unum sive post aliquod idolum non solum reddidere, sed eo etiam allaboraverunt, ut, quodnam hic indicetur numen investigarent. **MILLIUS** peculiari dissertatione c) omnes eruditionis suae adhibet nervos, ut Hecaten hic significari non solum ex voce ארר sed ex cultu etiam huic idolo praestito demonstraret. **CL. LAKEMACHERVS**, d) Praeceptor meus summa observantia colendus, nomen ארר idem esse ac אר, eidemque Deae cui posterior vindicavit h. e. Hecatae, competere censet. Addideris hic facile **CALMETVM** et **CLERICVM**, qui hunc locum explanantes Hecaten intellexisse prophetam, sibi persuasum habent. Alii hujus dicti commentatores hic solem se invenisse gloriantur inter quos **VOSSIVM** e) nominasse sufficiat. Ab his proxime absunt, qui ארר de numine Assyriorum, **MACROBIO** f) & **PLINIO** g) Adad, **PHILONI** vero Byblio ex Sanchoniathone h) *Αδαδος* dicto, accipiunt. Huic sententiae maximi in litteris

- | | |
|---|---|
| a) Vid. Bibl. crit. T. IX. p. 5458. | e) De origine & progressu idolat. lib. II. c. 6. p. 125. b. |
| b) In Homil. vernac. ad dicta Isaiæ. P. IV. p. 299. | f) Saturnal. lib. I. c. XXXIII. |
| c) Est inter selectas V. | g) Hist. natur. lib. XXXVII. c. XI. edit. Dalecamp. |
| d) In diff. de Gad & Meni. Helmst. 1728. §. 13. | h) Apud EVSEBIUM de praeparatione Evang. lib. II. c. X. p. 38. |

litteris viri SELDENVS, i) GROTIVS, k) FESSELIUS, l) KIRCHERVS, m) SCALIGER, n) MARTINIUS, o) aliique quamplurimi calculum adiiciunt. Quorum disquisitionibus, quae forsan addi potuerunt ex incomparabilibus eruditionis suae scriniis depromsit VITRINGA p) manuque liberaliori iis adensus fuit.

§. IV.

Post tot ergo tantorumque virorum lucubrationes audacius fortassis ago, & Iliada post Homerum conscribo, Dissertationem hanc de loco Es. LXVI. 17. editurus. Sed si sententiam licet dicere, interpretes isti in figenda significatione του ἄλῃ aut plane aberrarunt, aut veritatis argumenta nondum omnia attigerunt. Dabunt igitur veniam juvenilibus meis conatibus, benevoli harum pagellarum lectores, si illas mihi datas esse partes arbitrer, ut voci ἄλῃ, quae lapis videtur angularis in quem plures impegisse deprehenduntur, certum aliquem scopoque sacri scriptoris maxime congruentem sensum constituam. Juverit autem CALOVIVM de stilo & genio prophetarum optime nos erudientem prius audivisse. Docet vero: quod prophetae nomina propria aliquando ita adhibeant, ut simul ad eorum Etymon alludant; praecise ordinem temporum non servent, ad inimicas judaeis nationes minas convertere soleant, ob judaeorum consolationem & gentium ad Messiam & populi Dei conversionem. a) Hisce enim felicissimi sacrarum pandectarum hermeneutae regulis suffultus, diu multumque de vera nostri commatis explicatione sollicitus, tandem judicare coepi, Esaiam de Assyriorum numine, sole nimirum verba facere, id

i) De Dīs Syris Synt. I. c. 6.

k) loco citato.

l) Advers. sacr. P. II. lib. VII. c. 4. p. 163.

m) Oedip. T. I. p. 145.

n) In Frasin. vet. Graec. p. 39. edit. Colon. Allobr. 1629.

o) In notis bibl. Gall. ad h. l.

p) Dans le commentaire sur Esaie.

a) Vid. bibl. illustr. Tom. II. p. 6.

id quod etiam forte ex ipsa tractatione clare satis evadet omnibus, qui praejudicata opinione haud laborantes, nomen & cultum a Jesaia commemoratum huic idolo competere advertent.

§. V.

A viris eruditissimis, & a VITRINGA a) potissimum cum satis superque jam sit probatum, vocem אֲרָם nec in nativa significatione accipi, nec quicquam commode hac voce subintelligi posse, ex antecedentium collatione solum inquiram, quarum gentium idolatriam sacer vates hic reprehendat, quo facto in apicium haud difficulter producet, cujusnam populi & quale idolum hic debeat intelligi. Vaticinium ergo quod Capite LXVI. a v. 5. usque 18. continetur adspicientes omnem verborum suorum nervum eo dirigere deprehendimus fatidicum, ut non modo populum Israeliticum graviter afflictum consoletur, sed & interpretem agat luculentissimum ingentis irae ac vehementissimi odii, quo summus vindex hostes Israelitarum persequi ac punire constituerat. Hunc autem sermonem nulli tempori tam congruum esse, quam illi, quo Sennacheribus contra omnes munitas Judaeae urbes castra metabatur, imo contra Hierosolymam arma jam paraverat, quilibet advertet, simulac singulas hujus effati propositiones statui illorum temporum applicari debere ex collatione C. XIX. 2 Reg. & XXXII. 2 Chron. intellexerit. Atque ita propheta ob Judaeorum consolationem minas convertit ad Assyrios, hostes hujus populi infensissimos Deoque varia propter peccata invisos, & iisdem horribilem totius fere exercitus stragem auguratur. Inter illos quibus talem interneccionem praenunciat ponit quoque sanctificantes & Iustrantes se in hortis אֲרָם אֲרָם. Convenit ergo hos Assyrios fuisse ut statuamus, cum de Assyriis sermo hic instituitur. Sin autem idololatrae commemorati ex Assyriorum fuerunt gente,

a) loc. citat. p. 94f.

te nullum est dubium, quin Esaias aliquod ejus populi numen intelligat. Mirum interim cuiquam videri posset, cur in fine oraculorum sacri auguris vaticinium hoc contra Sennacheribum adhuc quaeramus, nisi cognitum habeat, quod collectores libellorum propheticorum, sive ipsi sacri vates sive alii fuerint, generalem quidem non vero specialem ordinem in dispositione schedularum istarum observaverint, atque ita facillimo negotio fieri potuerit, ut quicquid ad media regiminis Hiskiae tempora pertinebat, ultimo loco collocatum sit. De temporibus N. T. hoc vaticinium non aequè exponi potest. Quomodo enim flamma & gladio animadvertendum contra eos, qui carne porcina aliisque contra legem vescuntur, cum sublato in hoc foedere ciborum discrimine, nihil sit ἀπόβλητον, si sumatur μετ' εὐχαριστίας. a)

§ VI.

Vt vero eo propius ad propositum nostrum accedamus, quale hoc Assyriorum numen sit, de quo propheta loquitur, investigabimus. In eam autem & cultus & nominis ratio me deduxit sententiam, ut voce 𐤒𐤍𐤍 nullum aliud idolum designari opiner, quam ipsum solem. Nam accuratius paulo, si ad stylym propheticum attendimus, perspicimus statim, quod prophetae nomina propria adhibentes, saepius ad eorum Etymon alludent, atque eo ipso simul advertimus, quod voce 𐤒𐤍𐤍 sol manifeste indigitetur, cum nullum aliud inveniamus idolum, cui denominatio haec aptius conveniat, potissimum si vocabulum hoc per unum, solum, praecipuum, primum, cum NOLBIO a) exponamus. Hac enim ratione non est quod miremur, soli nomen 𐤒𐤍𐤍 a propheta inditum esse. Sol namque apud omnes fere gentiles supremus & praecipuus fuit Deus, quod nisi aliunde, tamen inde constaret, quod omnes fere Deos ad solem retulerint, atque

B

ita

a) I. Cor. X. 25. Col. II. 10. 17. | a) In Concord. Partic. ebraeo
I. Tim. IV. 3. 4. | chald. p. 796. sq.



ita cum eo confuderint, ut ne quidem ipse Jupiter eos aut se ipsum quandoque a Phoebō satis distinguere queat, imo vix Oedipus divinando certi aliquid de iisdem conicere possit. Teste HESYCHIO M. θεης h. e. Sol ὁ πρῶτος ἐν πέρσαις θεός, & Graecis per excellentiam θεός dicitur, tanquam unus foret Deus, ut ex SALMASIO & PETAVIO CUPERVS b) annotat, aliisque gentibus Sol θεσπέτης, c) πανόπιτης, d) & παντακράτωρ e) audit. Quid? quod si conjecturae eruditorum locus sit, eo progressi sunt gentiles, ut nomen Dei Ὠν in Adon, qui idem cum sole est, g) commutarint. Tanta itaque, cum apud gentiles fuerit Solis praestantia aliter evenire non potuit, quam ut solem tanquam unum & solum Deum adorarent. Natura enim eos docebat, praeter unum plures perfectissimos dari non posse. Massagethae ergo solem μόνον θεον agnoscebant, h) & Phoenicij eum μονον θεον putabant. i) Adderemus his gentibus Persae fre- ti testimonio IUSTINI: Nam & Persae solem unum Deum cre- dunt, k) nisi plures eos coluisse Deus BRISSONIVS erudite ostendisset, l) & STRABO m) scriberet; quod Persae ἥλιον

- b) In Harpocrate p. 113.
 c) Hoc nomine solem a Massage-
 tis cultum esse apud Herodotum
 legitur lib. I.
 d) Sic vocatur PORPHYRIO cuius
 verba: ἵνα τοῦ δεινοῦ μηδ' ὁ πανόπι-
 ττης γένοιτο θεατῆς EVSEIVS lib. IX.
 Praep. Evang. c. II. p. 404. an-
 notavit; & HOMERVS Iliad. lib.
 III. v. 277. cecinit ἥελιος δ' ἐς πάντ' ἐφο-
 ρῆς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Addatur
 Ovidius lib. IV. Metam. v. 227.
 e) Vid. MACROBIUS Saturn. l. I. c.
 XXIII. p. 282. Omnipotens sol
 dicitur in inscript. apud Petr.
 APPIAN. in Fugg. p. 125.

- OMNIPOTENTI DEO MITRAE
 APPIVS CLAVDIVS TARRONIVS
 DEXTER V. C. DICAT.
 g) Adonin solem esse docet MA-
 CROBIUS l. c. c. XXI. HVETIVS in
 prop. IV. c. 3. demonstr. Evan-
 gel.
 h) Vid. HERODOTVS T. II. lib. I. p.
 780.
 i) Hoc ex PHILONE BIBL. refert SEL-
 DENVS de DIs syr. synt. II c I.
 Add. CUPERVS Harpocr. p. 114.
 k) Lib. I. c. X. 5.
 l) Lib. II. de Regn. Pers. §. II. sqq.
 m) Lib. XV. Confer: HERODO-
 TVS l. I.

καὶ σελήνην καὶ ἀφροδίτην, καὶ πύρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδαρ
 colerent. Meliori jure latini locum hic invenient, qui so-
 lem dixerunt, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, vel
 quia cum est exortus obscuratis omnibus solus apparet, prout ha-
 bet CICERO. n) Cui magis hac in re fides adhibenda, quam
 VOSSIO, qui ex SERVIO & ISIDORO ingeniose quidem mi-
 nus tamen accurate solem ab ἥλ dictum esse asserit; o) aut
 MARTINIO, qui originem hujus vocis in Hellade quaerit
 & a σέλας deducit. p)

§. VII.

Sed quid diu apud alias gentes commoror de Assyriis
 verba faciens? Nonne hic populus solem nomine quodam
 indigitavit, cujus significatio VNVS fuit? MACROBIUS
 scribit? *Accipe quid Assyrii de Solis potentia opinentur: Deo enim
 quem summum maximumque venerantur, ADAD nomen dederunt;
 Ejus nominis interpretatio significat VNVS.* a) Non potuit ergo
 facer vates conformiorem idolo Assyriorum tribuere denomi-
 nationem, quam qua ab ipsa hac gente insigniebatur. Cum
 autem plurimum roboris nostrae sententiae ex loco MACRO-
 BII accedere existimemus quaedam de verbis ejusdem dis-
 putasse haud pigebit. Disquirunt sagacissimi vetustiorum
 codicum scrutatores, quomodo MACROBIUS Adad per u-
 num reddere potuerit, atque ita in concilianda scriptione
 nominis Adad & interpretatione ejusdem vocis maximam
 collocant operam. CLERICVS, praeunte GROTIIO pro
 אֲדָד quapiam orientis dialectu אֲדָד dictum esse putat. b)
 BOCHARTVS c) ex vocabulo Talmudico אֲדָד, & voce Ara-
 bica

B 2

n) Lib. II. de natur. Deor. Add. Macrobius l. I. Sat. c. XVII. Nam & latinitas eum, quia tantam claritatem solus obtinuit, solem vocavit.	p) Lexic. Philol. sub voce sol.
	a) Loc. cit. lib. I. c. XXIII.
	b) In not. ad Hesiodi Theogon. v. 411.
o) De Idolatr. lib. II. c. XVI. p. 143.	c) In Canaan lib. II. c. VIII.



bica אַדָּד conjecturatur, Hadad apud Phoenices unum significasse. SELDENVS d) dicit: Assyrios habuisse quendam Deum אַדָּד dictum, utque conciliet MACROBIVM, opinatur, eum indicare voluisse Adad & Achad idem fuisse numen. Antea cum DRVSIO Hada a אַדָּד legendum esse statuerat. ISAACVS PONTANVS c) cum SCALIGERO Ahad, & LOMEIERVS f) Achad substituunt. BRAVNIVS g) & SCHEDIVS h) pro אַדָּד corrupte Adad dictum esse censent, nec diffiteor me cogitationes easdem olim habuisse. Advertens enim aut incuria scribentis aut legentis lineolam saepius apud veteres omissam esse, i) opinabar: MACROBIVM etiam pro אַדָּד deleto uno fulcro litterae א legisse אַדָּד aut ammanuenses pro Achad Adad scripsisse, siquidem litterarum ch & d haud magnam esse differentiam, nemo non perspicit. Sed cum PHILO BYBLIVS EX SANCHONIATHONE Ἀδωδὸν βασιλεία θεῶν inter reliquos Phoenicum Deos ponat, & PLINIUS de Adado loquens, scribat: *Deus & hic colitur Syris*, i) sententiae huic diutius immorari nolui, quoniam comprehendere non poteram, qui factum sit ut de vocum convenientia multum disputaretur. ADAD videtur esse idem ac Chald. אַדָּד vel אַדָּד, item אַדָּד, Hebr. אַדָּד, VNVS. Sed finge iam MACROBIVM in interpretatione vocis Adad errasse, id sane non negabis, Adad fuisse solem summumque Assyriorum Deum. Jam vero Propheta Esaias huius populi idololatriam reprehendens, illum sane cultum rejicere debuit,

d) De Dls Syr. synt. I. c. 6.

e) In Not. ad Macrobr.

f) l. cit. c. IV. p. 25.

g) Select. Sacror. lb. IV. c. VIII. §. 112. p. 460.

h) De Dls germ. Syngr. I. c. IV. p. 142.

i) See dubio Nah. I. v. 6. pro אַדָּד sicut ignis LXX. interpre-

tes legerunt אַדָּד caput, princeps. Verterunt enim אַדָּד princeps.

k) Veteres voce Syriae usos esse de Assyrii aliquid exponentes probant VOSSIVS l. c. I. II. c. VI. p. 125. a. SELDENVS l. c. Proleg. c. I. BEYERVS in addit. p. 1. 2.

it, qui maxime inclaruerat & qui summo exhibebatur ido'o, pro more prophetarum, qui numen praecipuum populi alicujus nominant, ceteris subintellectis.

§. VIII.

Qui graecam etymologiam ebraeae anteponendam esse fatius ducunt, opus non habent, ut ad Hecates sacra recurrant, verbumque $\aleph \aleph \aleph$ ab Hecates vocabulo deducant, aut huius etymon in illo quaerant. Eo enim ipso negotio quo hoc faciunt in nomine $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\varsigma$ nostrum $\aleph \aleph \aleph$ invenient. a) Nam ex $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\varsigma$ terminationem $\omicron\varsigma$, graecorum propriam si abieceris, habebis vocem solo adhuc sono ab $\aleph \aleph \aleph$ differentem. Hoc autem discrimen ex diversa Graecorum Ebraeorumque dialecto profuxisse peritus quisque harum rerum aestimator facile videbit. Solet enim \aleph orientalium in Graecorum ϵ abire. Sic Graecorum $\epsilon\zeta\alpha$ idem est ac $\aleph \aleph$ terra & $\epsilon\kappa\theta\alpha\tau\alpha\upsilon\alpha$ Persis Abadan audit. Nolo addere, quod pro $\aleph \aleph \aleph$ saepius $\aleph \aleph \aleph$ legatur. Aspiratio deinde in voce $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\varsigma$ nullam affert difficultatem, quoniam \aleph littera est gutturalis atque ita facile spiritum asperum recipere potest, & apud Hellenes spiritus asper & levis saepe inter se permutantur, $\alpha\mu\alpha\lambda\omicron\varsigma$ enim & $\alpha\mu\alpha\lambda\omicron\varsigma$, $\epsilon\zeta\eta$ & $\epsilon\zeta\eta$ dicitur. \aleph etiam in κ transisse mirum non est, cum ipse graeci χ & κ permutent, quod videmus in nummo Drusi Germanici apud BAUDELOTIVM de DAIRVAL, qui inscribit $\Delta\omicron\tau\epsilon\sigma\omicron\tau \text{ ΑΥΤΟΧΡΑΤΟΡΟΣ}$, atque iis insolitum non sit pro \aleph ebraeorum, κ ponere, uti in $\kappa\alpha\zeta\phi\omega$ quod a $\aleph \aleph \aleph$ originem duxisse vero est simillimum. τ denique quod in verbo $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\varsigma$ conspicitur cum \aleph eiusdem organi littera facile permutatur, atque ita $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\upsilon\varsigma$ maximam cum $\aleph \aleph \aleph$ habere cognationem ostensum est luculentissime.

§. IX.

a) Quibus placet possunt quoque verbum $\aleph \aleph \aleph$ a vocabulo $\alpha\gamma\alpha\theta\omicron\varsigma$ deducere. Plato *περι τ' αγωθου* loquens solum eius similitum

de visibilibus solem reperit. Vid. MACROBIUS in Somnium Scip. l. I. c. l. p. 17. solis quoque fors fuit $\alpha\gamma\alpha\theta\omicron\upsilon\delta\alpha\iota\mu\omicron\upsilon\iota$.

Ecquis vero est hic *ἑκατος* de quo disputavimus? MARTINIVS a) eum Appollinem & solem esse dicit, nec quidem sine ratione. Appollinem enim olim hoc nomine insignitum fuisse veterum produnt monumenta. STRABO eum ita nuncupavit, inquiring: *ἑκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων*. b) In hoc autem idolo solem cultum esse ex AMMIANO MARCELLINO c) constat. Imo Appollo quisnam esset? aliquando consultus apud EVSEBIVM d) respondet:

Ἥλιος, ὄρος, ὄσις, ἄναξ, δίουσος, ἀπόλλων. &c.

Sed ne Appollinem apud STRABONEM in statu accipi debere quis putet, nosque eum tuto nimis in ampliatione, qua solem connotat, sumsisse pronuntiet, Appollinem eodem respectu, quo sol fuerit, *ἑκατον* vocatum esse demonstrabimus. Parum autem in conficiendo hoc opere desudabimus, cum ZVLIANVS in epistola ad Sarapionem e) ita scribat: *Σιμωνίδη δὲ ἄρα τῷ μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπολλῶνος εὐφημίαν ἀρκυῖ τὸν θεὸν ἑκατὸν προσειπόντι, καὶ καθάπερ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἱερῆς γνωρίσματος αὐτῆ τὴν ἐπονυμίαν κοσμήσει διότι τὸν πύθωνα τὸν θεαίνοντα τα βίλεσιν ἑκατὸν, ὡς Φησιν, ἐχειρώσατο καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑκατὸν, ἢ πυθιον χάρειν προσαγορευόμενον οἰκλήροντινός ἐμπανυμίας συμβόλῳ προσφωνεμένος*: atque hunc Appollinem solem fuisse multis exequatur MACROBIVS. f) Quorum expositioni libenter immorarer nisi parum ad scopum nostrum haec pertinere, mihi que longius, quam hujus dissertationis parenthesis exspatiandum esse, adverterem. Sunt itaque cum investigatione genuina originis τῆς ἑκάτης alii servanda oportunitati.

§. X.

- | | |
|---|---|
| a) In Cadmo graeco phoenice f. Etymol. graec. sub <i>ἑκατος</i> . | Add. HERACLIDES pontic. in alleg. p. 96. |
| b) Tom. II. lib. XIII. p. 919. | d) Lib. III. praep. evang. c. XV. p. 125. |
| e) Hist. lib. XIX. c. IV. p. 165. edit. Gronov. <i>telis Appollineis</i> (i.e. calore radiorum solarium) <i>periere</i> . | e) Extat Tom. II. Opp. p. 151. |
| <i>comphures, qui sol existimatur.</i> | f) Saturnal. lib. I. c. XVII. |

Id mihi potius in praesenti incumbere arbitror, ut solem utriusque fuisse generis comprobem, quo eo facilius ac feliciter Maforetharum $\Sigma\Gamma\Delta$ eidem convenire perspiciatur. Equidem nuperrime Cel. TREVERVM difficilem hanc rem e tenebris in lucem protraxisse, a) non sine magno gaudio deprehendi, cum cogitationibus meis diu quidem, incerto tamen iudicio hac in re collocatis, tantum adesse patronum mihi gratulari possem. Ita enim, quae praeter illa, quorum iam mentionem fecit vir ille eruditissimus, solem utriusque esse generis mihi persuaferunt, eo tutius ac liberius exponendi datam esse facultatem autumavi. Ostendit autem duplicem solis sexum nomen illius ebraeum $\Psi\Psi$ non solum, quod in numero secundo foeminini est generis; verum etiam solem foeminam maremque esse hic versus docet ORPHEI.

κῆρη καὶ κῶρη σὺ πᾶσι θάλας αἰὲν ἄδωνι. b)

Quae enim addit epitheta :

σβεννύμενε λαμπὸν τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις.

Adonidi tanquam soli competere ex eo liquet quod eodem fere modo de Sole canat :

σβεννύμενον λαμπὸν τε καλαῖς ἀκτίσι Φαιναῖς. c)

Alexandrini interpretes noto illi in scriptura sacra idolo Baal utrumque genus assignant, huncque Deum modo *τον Βααλ* modo *την Βααλ* vocant. d) Quodsi vero Baal-Androgynus est solem utriusque esse sexus iis ad minimum sufficienter evictum esse arbitror, qui cum SELDENO, e) VOSSIO, f) FABRICIO, g) maximis in litteris viris, Baalem sive Belum & solem

a) In Progr. de natali invicti. Helmst. 1733.

b) Vid. eiusd. poemata ab ESCHENBACHIO edita p. 153.

c) l. cit. p. 104.

d) Num. XXII. ult. Jer. XIX. 5. &

alibi. Videtur hos Paulus secutus. Rom. XI. 4.

e) loc. cit. synt. II. c. I.

f) l. c. C. V. p. 120. b.

g) Bibliograph. antiqu. c. VIII. §

13.

solem unum fuisse numen statuunt. Non una autem, ut idem asseramus iuadet ratio. SERVIVS ad versum Virgilii:

*Implevit mero pateram quam Belus & omnes
A Belo soliti.*

expressis scribit verbis: *Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione & Saturnus & Sol.* g) Et nescirem fane unde βελα apud HESYCHIVM ἥλιος καὶ αὐγὴ & βῆλος οὐρανός καὶ Ζεὺς reddi possit; unde HERODIANVS h) scribat: βέλιον δὲ καλεῖσιν, τρίτον σέβασί τε ὑπερθεῶς ἀπόλλωνα ἐθέλοντες nisi Belum unum idemque cum sole fuisse idolum arbitrati essent scriptores vetustissimi. Imo ex hac demum hypothesi quomodo uterque sol & Bel veteribus auctoribus summus & praecipuus dicatur Deus, exponendum esse censeo. Solem sive Adad Assyriorum supremum esse numen ex MACROBII supra citato loco constat. Omnium quoque numinum excellentissimum eminentissimumque apud eos Belum fuisse, variis corroborari potest argumentis. PLINIVS i) eum *Sacratissimum Assyriorum Deum* nominat. Graeci Belum eundem cum Iove putant, k) haud alia, ni fallor, ratione, quam ut, sicut ipsi Iovem supremum credant Deum, ita declarent Belum apud orientales numen esse summum. l) Duo autem suprema numina a populis Asiaticis simul veneratos esse, cum rationi contrarietur, quis est qui affirmaverit? Solem ergo atque Belum reapse unum fuisse idolum tam manifestum est, ut eo evidentius nil inveniri queat. Si vero non

h) Ad Aeneid. l. I. p. 539.

i) Lib. II. c. IV.

k) Hist. nat. l. XXXVII. c. X.

l) DIODORVS SICVLVS lib. II. c. 9.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν μέσῃ τῇ πόλει κατεσκευάσθη (Σεμιραμὶς) ἱερὸν Διὸς, ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλωνιοὶ Βῆλον. ARRIANVS de expedition. Alexand. M. l. III. p. 127. ed. Gron. ὃν (Βῆλον)

μάλιον θεῶν τιμῶσι Βαβυλωνιοὶ καὶ HESYCHIVS: Βῆλος, οὐρανός καὶ Ζεὺς Ποσειδῶνος υἱός.

m) Favent huic coniecturae, quae apud SELDENVM loc. cit. synt. II. c. I. leguntur, Philonis verba: ὅ ἐστι παρὰ Φωνίξει κύριος οὐρανῶν, Ζεὺς δὲ παρὰ Ἑλλήσι.

non differunt foemineum sexum soli etiam convenire arbitror, quippe Baali adscriptum. Possent plures huic addere Deos quos eosdem cum sole, & Androgynos fuisse testatur antiquitas, m) ne tamen lectori talia forsan averfanti molestus sim, unicum tantum affero Iovem. De hoc canit ORPHEVS: n)

Zeús ἀρσην γένετο, Zeús ἀμβροτός ἐπλετο νύμφη.

Iam verò, cum Iupiter ipse sol fit, o) & solis naturam excedere non videatur, imo *Assyrii solem sub Iovis nomine quem Dia Heliopoliten cognominant, maximis ceremoniis celebrent,* p) vana neutiquam est coniectura, quod sol utrumque recipiat sexum, atque ita & masculinum 𐤇𐤍𐤍 & foemininum 𐤇𐤍𐤍 ei aptissime conciliari possit. Non autem adeo mihi placeo, ut formidinem oppositi omnem excussissem, aut verum me invenisse mihi persuadeam. Lubens qualemcunque hanc meam coniecturam doctiorum committo examini.

§. XI.

Verum non solum nomen 𐤇𐤍𐤍, de quo pluribus disputavimus; sed cultus etiam huic idolo praestitus nobis persuaserunt, ut solem hoc in loco indigitari reputemus. Licet autem mihi, quoniam HERODOTI de rebus Assyriorum libri, a) aut perierunt, aut nunquam compositi fuerunt, nosque aliunde de cultu solis apud Assyrios nil fere depromere possumus, ex analogia rituum cognatis populis usitatorum aliquid coniecere. Atque ita proximum mihi est, ut opiner verbis 𐤇𐤍𐤍 𐤇𐤍𐤍 hic potissimum sacra solemnia solis respici. Cum enim 𐤇𐤍𐤍 quandoque sacris initia-

C

- | | |
|---|--|
| <p>m) Adeat qui velit MILLII diff. de commutatione vestium. (Est inter selectas IX.) §. 37. ubi plures utriusque sexus Dii commemorantur.</p> <p>n) Extat in Fragm. quae poemat. Orphei iunctim ab Eschenbachio</p> | <p>editis, addita sunt. pag. 246.</p> <p>o) Probat hoc versus Orphicus.
<i>εἰς Zeús, εἰς ἀδης, εἰς ἥλιος, εἰς Διόνυσος.</i></p> <p>p) Vid. MACROBIUS l. c. lib. I. c. XXIII.</p> <p>a) Mentionem eorundem fecit lib. I. p. 84.</p> |
|---|--|



initiari significet, b) omniaque mysteria, quemadmodum graeci a lustrationibus, ita barbari a lavacro inceperint, auctore CLEMENTE ALEXANDRINO, c) abs me impetrare non potui, ut oculos hic averterem, ab iis qui Mithrae apud Persas initiabantur. De his NONNVS d) ait: οὐδείς δὲ δύναται τελείθαι τὰς τῆ Μίθρα τελευταίς, εἰ μὴ δια πασῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξοι ἑαυτὸν ἀπαθεῖν τινα καὶ ὅσιον· λέγονται δὲ ὀγδοηκοντα εἶναι κολάσεις, αἷς κατὰ βατμὸν δεῖ τὸν τελεθούμενον παρελθεῖν οἷον πρῶτον, διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολὺ· εἶτα εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν ἑαυτὸν· εἶτα εἰ ἐρήμῳ διατηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι, καὶ ἄλλα τινὰ ἀρχεῖς δ', ὡς εἶπομεν, τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι, καὶ τότε λοιπὸν ἑμὸν αὐτὸν τα τελευταίτερα, εἰς ξῆση. Quo ex loco duo sunt quae hariolando assequimur. Primum quod Persae cruciatus hos ideo susceperint, ut quo maiores essent, eo sanctiores fierent atque symbolica hac februatione ostenderent, Deum summum & sanctissimum maxima colendum esse sanctitate. Deinde quod ineptum non sit, si coniecturemur, Assyrios eodem modo se soli dicasse ac Persas, quoniam regio Assyriorum a Persarum ditione haud longe aberat, atque hi cum illis tam saepius fuerunt commixti, quam regimen a Persis ad Assyrios & ab his ad illos transit. Ita vero מִשְׁרַתְמַתְּ מִשְׁרַתְמַתְּ nullos alios fuisse mihi subolet, quam qui apud Assyrios soli tanquam summo numini peculiari quadam ratione se consecrarunt, & sacris eiusdem initiati se lustrarunt.

§. XII.

Hos autem consecrationis & lustrationis ritus תַּרְגּוּמֵי הַלֵּא h. e. intra hortos a) factos fuisse, subiicit sanctus noster fatidicus. Interpretum plurimi lucum hic intelligunt, alii verbum

- b) Exod. XIX. 10. i. Reg. IIX. 64. | d) In synag. hist. ad orat. I. fleleut. Gr. Nazianzeni c. XLVII.
 c) Lib. V. Stromat. dicit: τῶν μυσηρίων τῶν παρ' ἑλλήσιν ἀρχεῖ μὲν τὰ κολάσεις, κατὰ πῦρ καὶ τοὺς βαρβάρους τοὺς λατρίων. | a) Verbum תַּרְגּוּמֵי per intra exponi posse ostendunt loca: Deut. XVII. 5. Iob. XXXI. 23.

bum חרש, in propria significatione accipiunt, atque hortum designare autumant. Vtraque opinio optime conciliari potest, licet distinctionem inter hortum & lucum maiorem esse dicat Cel. VITRINGA quam ut inter se confundi queant; qui ut hanc sententiam stabiliat affert: *quod hortus constet arboribus frugiferis, plantis, floribus, lucus sic vere dictus frondosus b)*. Enimvero nonne plurimi fuere luci diversis arborum frugiferarum generibus confiti? Hos quis hortos nominare dubitabit? Antiquitas sane eiusmodi monstrat lucos, quos utrum horti fuerint, an luci ex descriptione eorum vix diiudicaveris? HERODOTVS in luco ante Templum Mercurii fuisse dicit *δένδρα καὶ καρποφόρα καὶ ἄφρα πολλά c)* Lucum Daphnensem in Daphne suburbio Antiochiae situm PRISCIANVS CAESARIENSIS ex DYONYSIO d) ita describit.

*Hic nemorosa virent Daphnes loca, celsa Cupressus e)
Erigitur, ramos innectit laurus odora,
Crine Dionaeo myrtus diffunditur, altae
Consurgunt pinus & coelum sibila pulsant
Robora, mollicomis tellus infernitur herbis.*

STRABO f) de eodem luco haec enarrat. *Ἰπτεμισται δὲ τεσσαράκοντα σταδίους ἢ Δάφνη, κατοικία μετρία· μέγα δὲ καὶ συνηεφές ἄλσος· διαρρέομενον πηγαίοις ὕδασι· ἐν μέσῳ δὲ ἄσυλον τέμιν·, καὶ νεῶς Ἀπόλλωνος· καὶ Ἐρεμιδος·*. Intuitu autem huius luci, vel si mavis horti, Appollini dicati non potui, quin simul cultum idolatricum nostrò in loco descriptum respicerem. Vtrum etiam horti Adonidis huc revocari possint, peritiorum relinquo examini ad evolutionem vocum חרש & חרש nunc properans.

§. XIII.

Particulam חרש, quam cum חרש eandem esse & geni-

C 2

us

b) l. c. Tom. I. p. 58.

c) lib. I.

d) Vid. ESCHENBACHII Differtat. Acad. III. p. 143.

e) Vid. de hisce cupressis tit. Cod. de cupressis ex luco Daphnensi.
f) lib. XVI. p. 1089.

us linguae, quo saepius exspirat, & Ezech. XIII. 3. docet, vi Hebraismi hic *ad colendum*, commodissime exponi posse censeo. Video enim hanc vocem variis in locis sacri codicis de vera & falsa religione usurpatam, cultum indigitare divinum, & si quid sentio, Ezech. XLIV. 10. אָחֲרַי גְּלוּיָהּ sine dubio *ad colendum idola sua* explicari debet. Eadem autem constructionis ratione inductus, אָחֲרַי אָחֲרַי in nostro loco ad colendum אָחֲרַי five solem interpretandum esse autumo. Verum quid illud: בָּתוֹר ? Nonnulli cum SYMMACHO, THEODOTIONE & CLERICO loc. citatt. verbum hoc ad sequens comma retulerunt locum ita interpretati: in medio edentium. At enim vero signum distinctionis (∴) Sakeph Katon voculae בָּתוֹר impositum, statusque absolutus huius verbi non permittunt, ut idem cum vocabulo אָכְלֵי conjungendum esse existimemus. Videtur mihi potius Faticum nostrum alludere ad morem gentilium, quo in medio lucorum hortorumque aras aut templa erigere consueverant. a) Sic enim arbitratus sum, simulac in medio luci Daphnensis templum fuisse Appollinis five solis ex iamiam allegato loco STRABONIS cognoverim, atque ita perspexerim, apud orientales hunc obtinuisse ritum, ut Diis, soli potissimum, in medio lucorum templa extruerent sacraque facerent.

§. XIV.

Possent hic pedem figere, cum ea, quae attulimus, ad probandam sententiam nostram, אָחֲרַי solem esse, iam sufficient, nisi etiam aliquid luminis subsequenter hemistichii verbis affundendum esse putem. Propheta per appositionem ulterius nobis sacris solis initiatos describit, quasi אָכְלֵי בָשֵׂר הַחֹזֵר וְהַשְׂקָה וְהַעֲכָר. Scimus autem in conviviis sacris tales cibos esse appositos, ex quibus sacrificium Diis erat oblatum. Testatur hoc VIRGILIUS canens: Haec

a) HERODOTUS lib. II. p. 162. Di- | Φυτευμένων περί τὴν μέγαν ἐν τῷ ἑ
anae templum ita describit: ἔστι | τῶν ἁλμῶν ἐνι.
ἃ ἔσθ' ἐν ἄλλοις δένδρων μεγίστων πε-

*Haec sacris sedes epulis : hic ariete caeso,
Perpetuis soliti patres considerare mensis. a)*

Idemque evincit OVIDIVS hisce versibus :

*Spargitur & caeso communis terminus agno ;
Nec quaeritur , lactans cum sibi porca datur.
Conveniunt ; celebrantque dapes vicinia simplex
Et certant laudes , Termine sancte , tuas. b)*

BRAVNIUS quoque ex GROTIUS observat, אכל edere, consumere, & אכלוהו traducere, & זבח sacrificare, eadem saepius sumi significatione c). Quem denique fugiunt adiciiales gentilium epulae, aut lectisternia Romanorum? d) Subolet ergo mihi idolatras, quorum mentionem facit sacer vates, Deo prius carnes sacrificasse, ex quibus postea epulas instauraverunt. Atque huic opinioni eo tutius inhaereo, quo magis animalia commemorata in sacrificiis, & quidem lustrationibus, adhibita esse deprehendo.

§. XV.

De suis quidem vel ex suo veteribus a) constaret; placebit tamen idem aliunde etiam confirmasse. Teste P-ERIO VALERIANO in veteri comoedia suis mystici nuncupantur, a) haud alia forsitan causa, quam eas in mysteriis & lustrationibus adhibitas esse ut indicetur. PAVSANIAS χθόνιον ἐπιτήθειον εἶναι πρὸς καθαρμόν dicit b). Iuxta VARRONEM,

C 3

qui

a) Aeneid. l. VII. v. 175. Add. l. IIX. v. 180. sqq.

b) Lib. II. Fast. v. 655.

c) Select. Sacr. lib. IV. c. VIII. §. 126. p. 475.

d) Orientales coram idolis mensas cibis & poculis instruxisse THOMAS HYDE in libr. de Relig. vet. Persarum C. III. p. 94. observavit. et ex Es. LVII. 6. 7. Amos II. 8.

I. Cor. X. satis corroborari potest. Conf. FILESACI lib. I. Select. p. 82.

a) Vid. de hisce IOH. SAVBERTVS de Sacrif. C. IV. p. 76. PITISCVS Lexic. Antiq. Rom. in Solitaurilia.

a) Hieroglyph. Lib. XI. c. XXX.

b) Lib. I. Eliac.

qui a suillo genere pecoris immolandi initium primum sum-
tum esse autumat, sacres porci ab iis caedebantur, qui insani
fuerant, c) & VOSSIVS suem ab illis, qui sacris initiabantur
immolatam esse ex Athenaeo refert. d) Haec scribenti venit
in mentem suspicari, ipsi soli etiam ea litatum esse. Supre-
mis enim Diis gentiles eas offerre consueverant hostias, quas
plurimi faciebant. Nunc autem sus Romanis non modo in
magno erat pretio, prout habet OVIDIVS, ita scribens:

Sus erat in pretio caesa suae festa colebant. e)

Verum etiam ipsi Assyrii inter praecipuas collocabant hosti-
as. Rex enim eorum Antiochus, ethnicum in Iudaea cul-
tum introducens, ante omnia carnem porcinam idolis im-
molare iusserat. f) Ex quo haud dubiis colligimus indiciis,
Syros praecipue carne suilla in sacrificiis usos fuisse. g)
Quidni ergo supremo Deo, soli nimirum, porcinis victimis
litatum esse existimemus? Num forsitan maiestati summi Dei
congruum, ut minoris pretii bestiae eidem sacrificentur?
Cui praeterea argumento MILLII, h) Cereri sus immolata
est; Hecate eadem est ac Ceres; ergo eidem sus immolata
est, nervus inesse videtur, idem benevole nobis largietur,
ut a Bacho ad solem concludamus. Bachus enim idem est
ac sol. EVSEBIVS i) scribit: *Φῆρε, τὸν ἥλιον αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλ-
λω, καὶ πάλιν τὸν Ἡρακλέα, καὶ αὐθις τὸν Διονύσον.* VIRGILIUS dubio
procul per liberum solem intelligit, ita cantans:

Vos

- c) Vid. libr. de Re Rust. lib. II. c. IV. p. 84. & 86. Ed. Steph.
d) De Idolol. lib. IX. p. 773. a)
e) Fast. Lib. VI. v. 179.
f) Vid. I. Macc. I. 50. Add. Iosephus antiq. I. XII. c. 7.
g) Corroboratur hoc ratiocinium ex eo, quod septentrionales populi soli verrem immolaverint; Vid. IO. GEORG. KEYSLERI

- Diff. de Cultu solis Freii & Othini §. 7. 12. et hunc ritum ex Asia, unde originem trahunt, secum adduxisse videantur.
h) Assert hoc in Diff. ad h. l. §. 19.
i) Praep. Evang. lib. III. C. XIII. p. 120.
k) Georg. L. I. v. 5. Pertinent huc versus LYCANI, qui lib. V. sic cecinit:

- - - Vos o clarissima mundi
Lumina, labentem coelo qui ducitis annum,
Liber & alma Ceres. k)

MACROBIUS l) idem multis exequitur, quem ut exscribamus nostri non est instituti. Bacho vero suem immolatam esse, docet HERODOTVS, scribens: τοῖσι μὲν νῦν ἄλλοισι θεοῖσι θύειν ὕς ου δικαιοῦσι Αἰγύπτιοι· σελήνη δὲ καὶ Διονῦσω μονοισι. m)
Pagina sequenti subiungit: τῷ δὲ Διονῦσῳ τῆς ὀρετῆς τῆ δορπὴν χῶρον πρὸ τῶν θυρέων σφαζας ἕκαστος διδοῖ ἀποφέρεισθαι τὸν χῶρον αὐτῷ ἀποδομένῳ τῶν συμβατέων. Hisce tandem locus accedit HORATII:

Quando cunque Deos vel porco vel bove placat
Iane pater, clare, clare cum dixit, Apollo. n)

Quibus ex verbis colligo, Apollini, quem solem probaturus actum sane agerem, porcos maectatos esse, quoniam Deos placans statim Ianum & Apollinem nominat. Quem autem fugit eos esse invocatos Deos, quibus sacrificatum erat. o)
Atque ita nullum est dubium, quin sues in sacris lustratoriis, imo solis, adhibiti fuerint.

§. XVI.

Alterum adicialis coenae ferculum a propheta שׂרשׁ nominatur. Vi vocis nihil aliud designat, quam quod abominamur: quid vero re ipsa hoc verbo notetur valde ambiguum est, & proinde difficile controversiam hic finire. Multifcius ille GROTIUS ἰδολόθουτα hic intelligenda esse statuit. Accederemus ei in definienda vocis שׂרשׁ significatione, cum ipsa idolorum simulacra, שׂרשׁ in sacris nuncupen-

Parnassus
Mons Phoebio Bromioque sacer, cui
numine misto
Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae.
1) Saturnal. lib. I. c. XVIII. Adde
AVSON Epigr. XXIX.

m) Lib. II. p. 121.
n) Epist. lib. I. ep. 16.
o) Vid. de his IOH. SAUBERTVS
l. c. C. XIII. p. 290. sqq. LO-
MEIER de Lustr. Veter. Gent. C.
XXXIII. p. 398. sqq.

cupentur, a) ac propterea facile fieri potuerit, ut sacrificia iisdem oblata, שקצי דicerentur. Sed non perspicio, cur hoc in loco novus huius verbi introducendus sit significatus, aut cur Iesaias speciem generi anteposuerit. SPENCERVS singulari prorsus ratione hoedum in lacte materno coctum indicari putat. b) M. THEOPHILVS GRABNERVS residuas e sacrificiis portiones, de quibus altera demum tertiave die superstitiosi epulati sint, hic denotari opinatur. c) Verum cui mortali id persuaserint? Possset fieri si de Iudaeis, quod statuunt, sermo hic esset. Sed Assyriorum idololatriam hoc in loco describi sufficienter probatum dedimus. Omnia immunda animalia voce שקצי comprehendi id reddit dubium, quod singulatim ac distincte suis murisque a Iudaeis immunde habitorum fiat mentio. Atque eadem specialis ac distincta muris commemoratio rationem mihi suppeditat, ut cum VITRINGA Prophetam nostrum ad reptilia alludere haud sentiam. Video enim inter שקצי murem etiam nominari. d) Specialior ergo vocis שקצי quaerenda est significatio. Atque ita, ut mea fert opinio, vocabulum hoc optime per ambulans super ventre explicabitur. Etenim כל חולך על גחון a Mose שקצי dicitur, e) & Hefekiel, f) רמש ובהמה per appositionem שקצי appellat, omisso ר quod alias distinctionis ergo additur. Sic autem nil impedit, quo minus cochleas terrestres, aut etiam serpentes super ventre reptantes, hac voce denotari reputemus. Cochleae enim adhuc plurimis populis bene sapiunt, & serpentes olim manducatos esse, vel solum Bachi festum, Ophiophagia dictum, probat. An vero שקצי sacris lustratoriis, in gratiam Dei solis peractis, alias inservierit, hic diiudicare superfedemus, licet ex eo

- | | | |
|--|--------------------------------------|-------------------|
| a) 1. Reg. XI. 7. 2. Reg. XXIII. 13.
24. | } factis, quae prodiit Vitemb. 1710. | |
| b) Rat. leg. Mos I. II. c. VIII. S. II. | | d) Levit. XI. 29. |
| c) Vid. Diss. post. de Sacris iudaeorum peregrino in hortis ritu | | e) Levit. XI. 42. |
| | | f) C. IIX. 10. |

eo, quod coenam ex portione aliqua sacrificiorum residua comparaverint gentiles, nostrosque epulones peractis solis sacris demum comederint, quod utrumque ex supra disputatis satis constat, admodum probabile reddi possit.

§. XVII.

Tandem nobis dispiciendum erit, utrum muribus in iisdem sacris etiam usi fuerint gentiles? Qui hoc asserunt, a) provocant ad locum nostrum, atque Palaestinos, quo a morbo foedissimo liberarentur, hoc februationis genus usurpasse autumant. Si PHILASTRIO fides habenda: *Musoritae sunt quidam nomine, qui sorices colunt.* b) Non ausim autem de hisce certi quid affirmare, licet non dubitandum sit, apud quasdam gentes mures sacros fuisse. De incolis Troadis veterum tradunt plurimi, eos mures coluisse, quos *σουλδοις* vocaverint. c) Verum ex hisce argumentis mures lustrationibus inservisse, haud colligi posse satis abunde demonstravit VITRINGA. Maiori probabilitate mures lustratorii sacrificiis accommodatos esse, exinde conicere licebit, quod Diis, quae ex cibis delicatiora putabant, apponerent. Nimirum non poterant ingrati Deo hostiam existimare, cuius carnis commestione quam maxime delectabantur. Iam vero Romanis pariter ac orientalibus mures ac sorices in deliciis habebantur. Romanis adeo iucunde sapiebant hae bestiolae, ut in iis comparandis maximos collocabant sumtus, quae ut reprimeretur

D

pro-

- a) Vid. SAVERTVS loc. cit. c. XXIII. p. 590. sqq. SPENCERVS de legibus Hebr. lib. I. c. V. LOMEIER l. c. c. XXIII. p. 291. SCHEDIVS loc. cit. Syngr. I. c. IV. p. 132.
b) Vid. lib. de Haeres C. XII. p. 25.
c) Vid. CLEM. ALEXANDR. in Protrept. p. 25. Aelianus Hist.

Anim. I. XII. c. V. Add. CUPERVS, qui plura de his, Apolline Sintheo eiusdemque templo docet in Monum. Antiq. & Inedit. quae Harpocrati eiusdem subiunct. p. 210. sqq. VOSSIVS Orator. Instit. lib. III. c. II. Sect. II.


prodigalitas, peculiari lege cautum erat. d) Nec minus orientalium palato hocce cibi genus arridebat. Etenim murem quendam, Aliarbura e) dictum, conviviiis eorundem infervire, testis est OLEARIVS. f) Maximum autem huius rei praesidium in illo situm esse censeo, quod IAMBlichIVS mysteria ἀπὸ τῶν μῶων derivet. g) Etenim absque omni ratione hoc fecisse asseverare deberemus, nisi in mysteriis frequens olim murium fuerit usus. In cuius vero Dei sacris mus praecipue adhibitus sit, certo definire non possumus. Interim tamen haud absolum statuimus, Solem hisce sacrificiis placatum esse. SERVIVS enim scribit: *Victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem immolantur.* h) Atque ita propter celerem cursum Solis eidem celere hocce animal sacrificatum esse potest, i) perinde ac Persae propter celeritatem Soli equum maetabant, quod videre est ex versibus his OVIDII:

*Placat equo Persis radiis Hyperiona cinetum;
Ne detur celeri victima tarda Deo.* k)

d) Vid. PLINIUS H. N. I. XXXVI. c. I. *Extant censoriae leges glandia in coenis gliresque & alia dictu minori apponi vetantes.*
e) Est muris agrestis quondam genus Arabibus praecipue placens. Vid. BOCHARTVS Hieroz. P. I. l. III. c. XXXIII. atque h. l. omnium optime intelligi potest. עכבר enim esse ex אכל & בר (prout שחול-מחל pro שמחאל) & proinde consumtorem sive vastatorem agri denotare, nemo non videt. Haec autem deno-

minatio agresti muri apprime congruit.

f) In Itinerario Persico p. 519.
g) Teste PHOTIO in myriobyblo Cod. XCIV. p. 822.
h) Ad lib. II. Georg. p. 243.
i) Merentur hic verba MACROBII ex lib. I. Saturn. c. XVII. annotari: (Apollo) *Smyntheus cognominatur, ὅτι Ζεῦν θεῖ quia fervens currit.*
k) Fast. lib. I. v. 385. De Massagetis propter eandem rationem equos Soli immolantibus. Vid. HERODOTVS lib. I. pag. 99.



Improbat Assyriis venturi temporis augur
Numen, conficta quod pietate colunt.
Invenis insigni studio hic, MEJERE, reiectum
Sensum, quem vatis pagina sacra notat.
Sic premis ingenue vestigia clara PARENTIS,
Cuius adhuc pietas mente reposita mihi.
Monstras, quae Tibi sit virtus, doctrina fidesque,
Ingenii acies, iudiciiue decus.
Gaudeo, Nate, Tuos nifus pro Patre superstes,
Et vestris meritis fata serena precor.

Ita

*Pii & Eruditissimi Parentis
Pium & Eruditum Filium
probat*

FRIEDERICVS Weise. D.
Sup. Gen. Theol. P.P.O. Facult. Sen.
æt. ann. 85.

Mejere, Aoniae pars indefessa palestra!
Ingenii profers signa canenda Tui.
Et reiectum a vate Deum dum mittis in orbem,
Te **MAGNI PATRIS** progeniem esse probas.

Perge



Perge, Decus iuuenum, sacros perquirere fontes;
Languida nec studii frena remitte Tui:
Sic sanctae poteris quondam prodesse cathedrae
Docturus verum pro pietate Deum.

Honoris causae, addita gratulatione scripsit

IO. LAUR. MOSHEMIUS

Theol. D. & P. P. O.

VNVM cum multis Gentiles Numen adorant:
Ex multis vNVM commemorare cupis.
Assyrios vNVM falsum coluisse recenses.
Ast vNVM verum TV venerare DEVM.

scr.

IO. CHRISTIANVS BLVM.



CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE
RESPONDENTI
AMICO ET COMMENSALI SVO
LONGE CARISSIMO
S. P. D.
PRAESES.

Gratulationem Tibi debeo, MEIERE PRAE-
STANTISSIME, inde ab eo tempore, quo ante
hunc annum finivisti in constitutionem: Vnige-
nitus; Dissertationum cursum, quarum sex insi-
gni defenderas cum applausu, saepiusque adhuc alias in
eodem ordine, meoque sub auspicio et exercitii gratia, op-
pugnaveras. Non ergo male te habebit, quod vota mea
nunc repetam non modo, sed et novis augeam. Elabora-
sti proprio Marte, quam ad sacrae Scripturae locum ve-
xatissimum hodie iterum tueris, et in qua vix decem ver-
ba sunt, quae mutare opus fuit, Dissertationem. Pro-
basti hoc pacto ingenium haud vulgare, probasti similem
industriam, probasti denique et in hoc genere literarum
doctrinae copiam, et qua oporteat Θεσις Φυλάττειν, quo pa-
cto et nominis Tui memoriam, et beati Parentis merita
D 3 reuo-



renovare, et virtutem imitari Te constat, et ad maiora
natum esse, cuique qui haec Tua legerit, Teque noverit
ipsum, haud aegre persuadere poteris. Nulla ergo alia
commendatione nostra indiges, nisi illa tantum, quod per
hoc triennium, quo apud nos commoraris, tempus tuum,
vix horula excepta, in studiis disciplinarum totum con-
sumseris, atque tam privatis cum doctoribus nostris com-
merciis, quam collegiis tantum profeceris, quantum vix
alius intra plures annos his adminiculis carens praesti-
tisset. Alienus enim es a luxu et consortiis damnosis,
quanquam non aequae conversationes cum viris doctis et
familiaribus fugias, unde Tibi suppetat emolumentum.
Haec indoles scilicet Tua et haec bona educatio causan-
tur, quae nec defuit Tibi, utut parente maturius,
quam putaveras, orbat. Sed haec tamen iactura per
imaginem maiorum, in Te renovatam, illis, quos scripsi-
mus, modis eo facilius reparabitur, si quod dubium non
est, hoc perges animi candore prosequi ea, quae bonis
avibus coepisti, atque integrae tantum Tibi sint corporis
vires. Qua de causa de peracto in hac Julia cursu stu-
diorum Tuorum non possum non Tibi acclamare illud:
FELICITER; dumque amicitiam Tuam, ac Familiae
Tuae inclytae, mihi semper expeto, ut bene Vobis omnia
cedant consilia, pro adjuvanda Ecclesia et Republica prae-
cipue agitata, Tuque his etiam decori sis egregio, etiam
atque etiam apprecor. Scribebam Helmstadii
d. VIII. April. MDCCXXXIV.

ad B.



EO.-Bj. 2002

01 A 6727

ULB Halle

3

003 104 745



WA

Rha





Wie solte ich Dir nicht dann solche Wunsche geben /
 Die nur ein treuer Freund und treues Horze hegt?
 Insonders da Du uns dein edles Wissen zeigst /
 Und voll Gelehrsamkeit auf den Catheder steigst.
 Darum so nimm den an die ungeschminckte Gaben /
 Die meine Wenigkeit Dir längst zugedacht /
 Weil Musen-Söhne nur die frohen Wunsche haben /
 So sey auch dieses jetzt zu solchem Wunsch gemacht.
 Der Höchste sey dein Schutz und kröne dich in Freuden /
 Und laß zu Zion Dich dereinst als Priester kleiden.
 Mit diesen Zeilen wolte dem Hrn. Struven als seinen
 liebwehresten Freunde schuldigst gratuliren
 L. J. F. Schneider / Halberst. SS. Th. Cult.
 Opponens.

NOsciunt, sed non agnoscunt vim Numinis omnes;
 Hinc bene, quod scribas de agnitione Dei.

*Ornatissimo STRUVIO de nouo industria specimine
 gratulabundus scr.*

T. G. RITMEIER, Helmf. SS. Th. Stud.
 Opponens.

In rauhen Schaalen liegt der Weisheit Kern versteckt /
 Und Perlen gleich verdeckt /
 Und auf den Helicon zu klingen
 Gehet unsern Füßen sauer ein /
 Die Leyer dem Apollo gleich zu stimmen
 Ran anders nicht als mühsam seyn
 Allein ein unverdrossner Fleiß
 Muß endlich doch / wie wol nach
 Des Pindus hohe Zinnen
 Ersteigen und gewinnen.
 Drum / Theurer Freund / vollführe
 Es wird die Arbeit / die Beschwer
 In kurzer Zeit
 Mit Wucher Dir belohnet werd
 Mit diesen gratulirte
 verpflichtester Die
 P. W. Macher

aw 32

DISSERTATIO THEOLOGICO-EXEGETICA

DE

תתנ

SIVE

VNO DEO ASSYRIORVM
 AB ESAIA REIECTO

AD
 ES. LXVI. 17.

QVAM

SVB MODERAMINE

VIRI MAGNIFICI SVMME REVERENDI

JON. CONR. SCHRAMMII

S.S. THEOL. D. ET P.P.O.

ACADEMIAE IVLIAE NVNC VICE-RECTORIS
 ET ORDINIS THEOLOGICI P.T. DECANI

PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI OMNI PIETATIS
 CVLTV DEVENERANDI

